Nouitiis. Prima, Iuuenem ad virtutem, & mundi contemptum inſtruit.

Afflictis. 2. Sororem in tribulationibus conſolatur.

21. De quodam fratre mortuo, & rediuiuo; qui multa de ſtatu vitæ futuræ narrauit. *In Biblioth. Patrum.*

Seculo 8. **Antonij Meliſſæ Abbatis.**

Cautè legẽdi. Libri duo locorum communium, ſeu ſententiarum ex variis Patribus collecti ad virtutes aſſequendas, & fugienda vitia.

Floruit anno 800. **B. Alcuini.**

Nouitiis. De Pſalmorum vſu: *ſeu de variis precandi formulis, dum diurna peraguntur exercitia.*

De animæ ratione, fol. 770.

De confeſſione peccatorum, fol. 1162.

De virtutibus, & vitiis, fol. 1243.

Inter Epiſtolas.

Prælatis. 28. De dignitate, & officio Prælati.

Nouitiis. 29. De vanitate mundi, & vitâ rectè inſtituenda.

30. Eiuſdem argumenti.

Monachis. 31. De vita Monaſtica.

Superioribus. 32. De vita Prælati.

Monachis. 37. De vita religioſa.

Sacerdotib⁹. 45. Preſbyterum ad ſanctam vitam cohortatur.

46. Eiuſdem argumenti.

47. De amicitia, & vita exemplari.

Monachis. 49. & 50. De regulari obſeruantia, & laude Ordinis Benedictini.

Superioribus. 53. De virtutibus Prælati.

Infirmis. 67. Conſolatoria pro infirmitate corporis.

Monachis. 78. 79. 98. 99. De regulari obſeruantia.

Superioribus. 101. 102. 103. 105. 108. De officio Prælati.

Anno 800. ## *S. Benedicti Abbatis Anianæ.*

Concordia regularum.

Opuſculum, *quod aſcribitur S. Benedicto Patriarchæ, videlicet ordo qualiter fratribus in Monaſterio religiosè conuerſari, &c. V. ſuprà in eodem Benedicto.*

Anno 820. ## *S. Ardonis, vulgò Smaragdi Abbatis.*

Diadema Monachorum, De vitiis fugiendis, & virtutibus adipiſcendis.

Monachis. Commentarius in Regulam S. P. N. Benedicti.

Eod. anno. ## *S. Theodori Studitæ.*

Monachis. *Sermones Catechetici centum triginta quatuor, De variis rebus ad perfectionem Chriſtianam & Monaſticam conducentibus; præcipuè verò:* De ſollicitudine, & circumſpectione. De vita Monaſtica. De vita diuina obeunda. De vitiorum carnificina. De patientia, & pœnitentia. De virginitate. De Patrum vita imitanda. De obedientia. De ieiunio à vitiis, & cupiditatibus. De ſenſuum mortificatione. De arcta anguſtaque vita. De Satanæ dolis euitandis. De mortis recordatione. De vita nouitia obeunda, vt ſacro habitu ſimus profeſſi. *In Biblioth. Patrum edit. vtriuſque.*

Anno 830.

Halitgarij Cameracenſis.

De octo principalibus vitiis, & eorum remediis: ſcilicet, De ſuperbia, inani gloria, inuidia, ira, triſtitia, auaritia, gula, & luxuria.

Libri duo, De vita actiua, & contemplatiua. De virtutibus Theologicis, & moralibus.

Libri tres, De pœnitentium ordine. *In eadem Biblioth.*

Anno 835.

Rabani Mauri.

Tomo 2.

De Agone Chriſtiano liber, *qui eſt tertius de inſtitutione Clericorum.*

De videndo Deo.

De puritate cordis.

De modo pœnitentiæ.

De pœnitentium ſatisfactione.

De actuali, & contemplatiua vita, & principalibus virtutibus.

De peccati ſatisfactione, ſeu de remediis peccatorum.

De anima tractatus: *vbi de virtutibus moralibus.*

Commentarij in Regulam S. P. Benedicti.

Anno 850.

S. Eulogij Martyris.

Perſecutioně patientibus propter iuſtitiam.

Documentum martyrij, ſeu exhortatio ad Confeſſores in carceribus propter fidem detentos, vt martyrium alacriter ſubeant. *In eadem Bibliotheca Patrum.*

Eod. anno.

S. Paſchaſij Radberti.

Tractatus De Corpore, & Sanguine Domini; *doctus, & pius.*

In Pſalmum, *Eructauit*, Ad Virgines Sueſſionenſes.

Epiſtola ad Frudegardum.

Vita S. Adelhardi, Abbatis Corbeïenſis, cuius fuerat diſcipulus. *In Biblioth. Patrum, editionis vtriuſque: & ſeorſim ex editione Pariſienſi.*

Anno 860.

Hincmari Remenſis.

Superioribus.

De Regis perſona & miniſterio ad Carolum Caluum Regem tractatus, Superioribus longè profuturus, vbi vniuerſa Prælati munia deſcribuntur.

De vitiis cauendis, & virtutibus exercendis, ad Carolum
Superioribus. Caluum. *Opuſculum duodecim capitibus diſtinctum. Primum de Superioribus, reliqua de virtutibus & vitiis, ſed maximè,* De vera pœnitentia, & odio ſui. De fuga auaritiæ, ſuperbiæ, luxuriæ, gulæ, inuidiæ, curioſitatis, detractionis. Item De pœnitentia. De prauis cogitationibus.* De cordis munditia. De reconciliatione cum proximo. De ſacrificio Miſſæ, & ſacramento Euchariſtiæ.

Anno 885. *Baſilij Imperatoris Conſtantinopolitani.*

Exhortatio ad Leonem filium, cognomento Philoſophum, ſexaginta ſex capitibus comprehenſa. *In Bibliotheca Patrum editionis vtriuſque.*

Floruit anno 906. *Marci Eremitæ.*

Opuſcula Theologica, De Paradiſo, & lege ſpirituali. De pœnitentia. De temperantia. *Huius authoris Opuſcula cautè*
Nota. *legenda, vt potè ab hæreticis erroribus infecta. In eadem Bibliotheca.*

Anno 930. *S. Odonis Cluniacenſis.*

Libri tres collationum. *Primus, De variis huius vitæ afflictionibus, & contra eos qui cenſuras Eccleſiaſticas contemnunt.*
Secundus, De iis, qui malorum exemplo in vita prolabuntur, & ad Sacramenta indigni accedunt; vel vt liberius peccent, ab iis abſtinent.
Superioribus, & inferioribus. *Tertius, De ſuperiorum, & inferiorum virtutibus, & vitiis. In Biblioth. Patrum editionis Colon. & in Biblioth. Cluniacenſi.*
Epitome Moralium S. Gregorij Papæ in Iob. *Pariſ. edit. in octauo.*

An. 1060. *S. Petri Damiani.*

Tomo 1.

Epiſtolæ omnes ſaluberrimis refertæ documentis: maximè ſequentes.

Libro primo.

Epiſtola 5. De ſceleribus illius temporis.

Libro 2.

Prælatis. Epiſtola 1. De officio paſtorali.
5. De ſabatiſmo, ſeu de vera requie, & pace iuſtorum in hac vita.

Iiſdem. 11. & 12. De munere Abbatis.

Libro 4.

Epiſtola 5. De iudicio extremo; ad horrorem peccatorum incutiendum potiſſima.

6. De inſtabilitate temporalium.

8. Exemplum de Alberici concubinarij infœlici exitu.

Superioribus. 9. Patientiâ, non armis, tuendam eſſe Eccleſiam.

15. De munere paſtorali.

Libro 5.

Nouitijs. { Epiſt. 2. vbi Vir ſanctus deflet peccata.
3. Quid peccatoribus in morte eueniat. }

4. De Clericorum vitiis.

Libro 6. Totus hic liber ad Abbates, & Monachos dirigitur.

1. Monachis Caſſinenſibus, De non intermittendo conſueto pœnitentiæ exercitio.

Monachis. 5. De laude obſeruantiæ Monachorum Cluniacenſium.

Superioribus. { 7. De difficultate Abbatialis muneris, ad quemdam, qui id onus abdicarat.
9. Ambientibus dignitatem Abbatialem. }

Monachis. { 12. De vita eremitica.
14. Contra Monachos cultum nimiùm in veſtibus affectantes. }

Nouitiis. 18. Nouitium Monachum ad vitam religioſam inſtituit.

Infirmis. 19. De infirmitate ſua.

Nouitiis. 22. Nouitij feruorem laudat.

Monachis. 27. De diſciplinæ, ſeu corporalis mortificationis vtilitate.

29. De vtilitate Officij B. Virginis, & lectionis Scripturæ ſanctæ.

Cellerariis. 32. Documenta Monachis neceſſaria.

Libro 7.

Afflictis. Epiſt. 6. & 8. conſolatoriæ ad ferendos æquanimiter labores.

Libro 8.

Concionatoribus. Epiſt. 1. De officio Concionatoris.

Infirmis. 6. Conſolatio ad ægrotum.

8. De vanitate temporalium, & die iudicij.

12. Contra ſuperbiam.

Tomo 2.

Sermones duo, De vitio linguæ, & de ſpirituali certamine, fol. 174.

Tomo 3.

Monachis. Opuſculum decimum, De horis canonicis.

11. Quare *Dominus vobiſcum*, dicitur: *vbi & de laude eremiticæ vitæ.*

12. Apologeticum, De contemptu ſeculi contra Monachos regularem obſeruantiam paruipendentes.

Monachis. 13. De perfectione Monachorum.

14. De ordine Eremitarum Fontis Auellani.

15. De ſuæ congregationis inſtitutis.

18. Contra Clericos intemperantes.

Superioribus. 19. De abdicatione Epiſcopatus.

21. De fuga dignitatum Eccleſiaſticarum.

22. Contra aulicos.

23. De breuitate vitæ Pontificum Romanorum: *vbi de Dei bonitate, & prouidentia.*

24. Contra regulares proprietarios.

Monachis. 27. De vita communi Clericorum.

29. De vili veſtitu Clericorum.

32. De quadrageſima.

34. De virtute amplectenda, & fugiendis vitiis.

40. De frænanda ira.

42. De fide Deo data non fallendâ.

Scholaſticis. 45. De ſancta ſimplicitate, contra eos qui nimiùm ſtudiis incumbunt.

Ægrè ferentibus correptionem. 46. De ferenda æquanimiter correptione.

47. De caſtitate, & mediis illius tuendæ.

48. De ſpiritualibus delitiis.

49. De perfecta Monachi informatione.

Monachis. 50. Inſtitutio cuiuſdam Monialis.

51. De vita eremitica.

52. De patientia.

56. De fluxa mundi gloria, & ſeculi contemptu.

58. De vera fœlicitate, & ſapientia.

Petri de Honeſtis Regula Clericorum, *in calce operum S. Petri Damiani.*

An. 1065.

B. Lanfranci.

Vita operibus præfixa.

Monachis. Decreta, ſeu ſtatuta pro ordine S. Benedicti.

Inter Epiſtolas.

Superioribus. Epiſtola 2.

Monachis. Epiſtola 5. quæ eſt Alexandri, excellentiam monaſticæ vitæ obiter perſtringit.

Ægris. Epiſtola 47. Ægrotantem conſolatur.

Diuitibus Nouitiis. 48. Ad perſeuerantiam in vitæ monaſticæ propoſito inſtimulat.

Diſſolutis Monachis. 61. Monachis ſuadet, relictis peruerſis, ad Monaſterium, vbi vigeat regularis obſeruantia, tranſmigrationem licere.

In calce operum eiuſdem.

Vitæ SS. Herluini, primi Abbatis Beccenſis, & Auguſtini Anglorum Apoſtoli.

Eod. anno.

Durandi Abbatis Troarnenſis.

Liber de Corpore & Sanguine Chriſti. *Extat in calce operum S. Lanfranci, poſt appendicem.*

An. 1080.

S. Anſelmi Cantuarienſis.

Superioribus. Vita, quæ ſolet ſuis operibus præfigi. *Extat & apud Surium.*

Nouitiis. De contemptu temporalium, & deſiderio æternorum.

Item De contemptu mundi carmina.

Doctis. Proſologion: Quòd Deus ſit, & ſummum bonum ſit.

Sermo De æterna beatitudine.

De ſimilitudinibus.

De menſuratione Crucis, ſeu in illud: *Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum.*

Meditationes, & alloquia ſpiritualia.

Dialogus De Paſſione Chriſti. *Dialogus ille S. Anſelmi nomine circumfertur; ſed cuiuſdam eſt authoris longè doctrinâ inferioris.*

Speculum, ſeu ſtimulus amoris.

De excellentia B. Virginis, & quatuor eius virtutibus moralibus.

Superioribus, & doctis. Elucidarium, ſeu ſumma totius Chriſtianæ Theologiæ.

Ex Epiſtolis.

Libro 1.

2. Perfectæ vitæ normam præſcribit.

Tyronibus. 8. De ſeculi odio.

29. De vigilantia.

Monachis. 30. Quòd Monachus plus doceri, quàm docere deſiderare debet.
43. De profectu religioſo.
Patientibus aduerſa. 44. Exhortatio ad patientiam.
Superioribus. 53. & 72. De cura paſtorali.
Afflictis. 54. Parænetica ad ferendas æquanimiter calumnias.
Inobedientib. 64. De obedientia patienter exhibenda.

Libro 2.

Monachis. 7. & 22. De religioſa vita.
12. De inſidiis Satanæ aduerſus Monachos.
Ingreſsũ Religionẽ procraſtinãtibus. 19. 29. 39. Ad habitum Religionis ſuſcipiendum exhortatio.
Afflictis. 43. Conſolatur afflictos Monachos.

Libro 3.

Superioribus. Epiſt. 1. Quid præſtiterit S. Anſelmus, ne humeris ſuis onus Archiepiſcopale imponeretur.
Tolerantibus calumniam. 7. Contra vana, & temeraria hominum iudicia conſolatio.
Monachis. 13. & 39. De ſtrenuè perſequendo ſemel arrepto Monaſticæ vitæ propoſito.
Superioribus. 16. 26. & 29. De ſuperioris, inferioriſque conditionibus.
Monachis. 49. 54. 116. 138. De profectu religioſo.
Afflictis. 61. 101. 104. 118. De conſtantia in aduerſis.
75. De ſuperbiæ tribus modis.
102. De apoſtatis, quomodo ſe gerere debeant.
Nouitiis. 103. De eo, qui religioſum ſtatum aggreditur.
106. De obedientia.
Monachis. 127. De fugienda ſeculari conuerſatione.
133. De recta ordinatione ſuæ voluntatis ad Deum.
Cellerariis. 148. Odoni Cellerario, non eſſe deſerendum officium ſibi commiſſum ob infirmitatem.
151. De mutua concordia.

Eodem an. *Hildeberti Turonenſis.*

Ex Epiſtolis.

Scholaſticis. Prima, De quodam Philoſopho à ſeculo ad veræ philoſophiæ ſtudium conuerſo: *Cui in quo vera, & Chriſtiana philoſophia conſiſtat, oſtendit.*
Nouitiis. 31. Seculo renunciantem ad virtutum exercitia, maximèq; ad ſuperbiæ fugam, & humilitatis amplexũ adhortatur.

Superioribus. 36. De excellentia virginitatis, & humilitatis.
37. Solatur quemdam ad officium paſtoris aſſumptus, qui ereptum ſibi contemplationis otium dolebat: Agitur & de Marthæ & Mariæ officiis.
38. Contra quemdam diſſolutioris vitæ Abbatem.

Lapſis. 41. Viduam iuuenem olim peccatricem, ſed poſtea pœnitentem, Chriſtoque deſponſatam conſolatur, inſtruitq; contra dæmonum tentationes.

Afflictis. 56. Regis dolorem, De obitu filij naufragio erepti leuare conatur: *vbi de contemptu rerum humanarum.*

Nouitiis. 71. Comitiſſam, quæ de ſæcularibus delitiis ad monaſticam vitam tranſierat, ſtimulat ad virtutem, & perſeuerantiam.

Superioribus. Eiuſdem ſermo ſynodicus ad paſtores, De Prælati munere. *In Biblioth. Patrum editionis vtriuſque.*

An. 1088. *S. Brunonis, Carthuſianorum Inſtitutoris.*

Liber de ornamentis Eccleſiæ, ſeu de virtutibus.

Eod. anno. *Iuonis Carnotenſis.*

Ex Epiſtolis.

10. Adhortatio ad virginitatem.

Superioribus. 17. 24. 217. De difficultate muneris paſtoralis.
18. Quòd Prælati aduerſitatum tempore à ſuis ſubditis ſe ſe non debent ſubducere.
19. De Prælato ſceleribus notato.
22. De neceſſitate Prælatorum.
87. De non audiendis ſuſurronibus à Prælatis.
184. 227. 274. De amore Prælati erga delinquentes pœnitentes.

Sacerdotibus. 124. De ſacerdotum officio, & dignitate.

Monachis. 231. & 25. De ſtatu Monachorum.
258. De vita ſolitaria.

Nouitiis. 96. De nouiter conuerſis.
207. De Monachis gyrouagis.
280. Exhortatoria ad pacem & concordiam.

An. 1090. *Gofridi Vindocinenſis.*

Epiſtolæ.
Libro 3.

Superioribus. Epiſt. 5. Quòd Prælati alios virtutibus ſuperare debeant.

Libro 4.

Epiſt. 8. Contra Prælatos negligentes corrigere ſubditos.

22. Ad obedientiam Prælatis exhibendam ſuaſoria; & de inobedientibus à Prælato corripiendis.

39. & 40. De cura paſtorali.

Aduerſa patientibus. 23. De fugiendo mulierum conſortio.

27. De toleranda malorum perſecutione.

Nouitiis. 28. Nihil agendum abſque patris ſpiritualis aſſenſu.

35. De obedientia.

42. De abſtinentia à carnibus.

44. 47. De cauendo mulierum conſortio.

48. De vanitate ſeculi, & timore extremi iudicij.

Libro 5.

Nouitiis. Epiſt. 10. Huberto, vt mundum deſerat.

14. Eiuſdem argumenti.

26. & 27. Ad meliorem frugem, poſt diutinam in peccatis perſeuerantiam, hortatoriæ.

Inter Opuſcula.

Tractatus de Corpore, & Sanguine Domini.

De arca fœderis myſticè explicatâ.

Monachis. De iis, qui in Capitulo inordinatè clamant, & reſpondent.

Prælatis. Tria Paſtoribus ineſſe debere, opuſculum. *In Biblioth. Patrum editionis vtriuſque, & ſeorſim.*

Floruit anno 1105.

Philippi Solitarij.

Dioptra, ſeu regula rei Chriſtianæ, quatuor dialogos complectens, inter animam & carnem ſibi inuicem ſua mala exprobrantes, ſua bona prædicantes. *In Biblioth. Patrum editionis Colonienſis.*

Anno 1109.

Franconis Abbatis Afflıgenienſis.

De gratia Dei tractatus duodecim, gratiæ excellentiam, neceſſitatem, & effectus piè admodum exponentes.

Monachis. Epiſtola, Quòd Monachus dimiſſo habitu ſaluari nequeat.

Nouitiis. Epiſtola ad ſorores ſuas moniales hortatoria ad virtutem.

Floruit anno 1119.

Ruperti Tuitienſis.

Tomo 1.

Doctis. De operibus Spiritus ſancti liber ſecundus.

De ſeptem donis Spiritus ſancti.

Tomo 2.

De diuinis officiis libri duodecim: in quibus Eccleſiaſtici ritus tropologicè explicantur. Cautè lege caput 2. & 9. libri 2. vbi de Euchariſtia.

De meditatione mortis libri duo, fol. 862.

Monachis. Super quædam capita Regulæ S.P.N. Benedicti libri tres: *In quibus caput 1. de Altaris officio, vbi mirum in modum di-*
Sacerdotib9. *gnitatem ſacerdotalem extollit, ac ſacroſancti Miſſæ ſacrificij præparationem operi manuum præfert.*

Anno 1130.

S. Bernardi Clareuallenſis.

Sermones de diuerſis, vſque ad paruos ſermones.

Sententiæ.

Ex Sermonibus in Cantica.

3. & 4. De oſculo pedis, manus, oris, & triplici profectu animæ.

6. De amplexu miſericordiæ, ſimul & iudicij; ne quis de prima præſumat, de ſecundo deſperet.

7. & 47. ſub finem, De reuerentia, & attentione in orationibus, & pſalmis.

9. De Dei amore, ad peccatores.

10. De tribus vnguentis, deuotionis, contritionis, & pietatis.

13. De gratiarum actione, pro omnibus à Deo acceptis beneficiis.

15. De efficacia, & ſuauitate nominis IESV.

16. De contritione cordis, & tribus ſpeciebus veræ confeſſionis.

20. De triplici modo dilectionis.

22. De quatuor virtutibus cardinalibus.

23. & 52. De tribus modis contemplationis.

25. De nigredine, & formoſitate ſponſæ.

Cellerariis. 26. Funebris in morte Geraldi fratris ſui.

27. De ornatu ſponſæ, quò tota cæleſtis reddatur.

Cœnobitis. 29. Contra impugnantes fraternam vnitatem.

30. De prudentia carnis, poſt medium.

33. De quatuor generibus tentationum euitandis.

34. De humilitate, & patientia.

35. De duplici ignorantia.

38. De ignorantia Dei, & deſperatione, quæ ex ea naſcitur.
36. De ſcientia propriæ infirmitatis.
37. De duabus notitiis.
39. De curribus Pharaonis, i. malitiâ, auaritiâ, luxuriâ, &c.
40. De intentione.
41. De duplici humilitate.
43. Qualiter inter proſpera & aduerſa, illæſa permaneat anima intuitu paſſionis Chriſti.
Superioribus. 44. De modo corrigendi delinquentes.
46. Quòd actiua vita ſit via ad contemplatiuam.
47. De virginitate, & martyrio.
49. De duplici caritate.
51. De fructibus bonorum operum, &, De ſpe, & timore.
54. De triplici timore perdendi gratiam.
55. De vera pœnitentia.
56. Quòd vitia, & peccata ſint parietes medij inter Deum, & peccatorem.
57. & 74. De variis viſitationibus Domini.
Superiorib. 58. De regimine imperfectorum.
62. De perfecta mentis puritate.
Nouitiis. 63. De adulatione, & detractione, & de tentationibus Nouitiorum.
70. De virtutibus, inter quas, velut inter lilia, ſponſus paſcitur.
75. De quærendo Deum debito tempore, modo, & loco.
Superiorib. 76. De ſolicitudine, & diſcretione Prælatorum.
77. De malis paſtoribus.
Perfectis. 79. De perfecta adhæſione animæ cum Deo per amorem.
86. De cautela, & verecundia ſponſæ quærentis Verbum.

Ex Epiſtolis.

Superiorib.
- 8. 9. 12. 28. 42. 72. 73. 78. 82. 87. 102. 201. 237. De munere paſtorali.
- 23. 24. 35. De contemptu rerum temporalium.
- 25. De Prælatis, qui malis præſunt.
- 143. 144. De Prælatis, cùm à Monaſteriis ſuis abſunt.
- 4. Superioribus, nè ſuos deſerant, nèue à Monaſteriis ſuis frequentiùs abſint.

- 107. De contemptu mundi.
- 2. De quodam Monacho ad ſeculum redire tentato, parentum amore. 110.

Nouitiis.
110. 111. 113. 114. De nouiter conuerſis.
108. Iuueni, qui conuerſionem ſuam ob ſtudia literarum protelabat.
129. Nouitiis, vt perſeuerent in ſancto propoſito.

Monachis.
142. 341. De religioſæ vitæ ſanctitate.
104. De recto Dei beneficiorum vſu.
115. De laude vitæ cœnobiticæ.
11. De caritate, quæ timorem excludit.
32. Exhortatio ad patientiam.
34. Ad perſeuerantiam, ſpretis hominum iudiciis adhortatur.
106. Altiora ſapientibus.
1. Monachis laxioris vitæ cupidis.

Opuſcula. De conuerſione ad Clericos.

Superioribus.
De conſideratione, ad Eugenium.
De præcepto, & diſpenſatione.

De diligendo Deo.
De gradibus humilitatis.

Superioribus. Apologia ad Guillelmum Abbatem.

Dubia ſancti Bernardi opuſcula.

Monachis. De vita ſolitaria.
Meditationes.
De interiori domo.
De conſcientia.
De ordine vitæ.

Monachis.
De ſcala clauſtrali.
Speculum Monachorum.

Formula vitæ honeſtæ.
De amore Dei; & de natura, & dignitate diuini amoris.
De modo benè viuendi.
De ſeptem gradibus Confeſſionis.
De virtute obedientiæ.

Superiorib. Sermo ad Paſtores in Synodo congregatos.
De cordis & corporis munditia, & immunditia.

Anno 1130. *Guillelmi Abbatis S. Theodorici.*

Nouitiis. Meditationes Nouitiis perquam vtiles.
Libellus de amore Dei.

Eod. anno. *Petri Mauricij, dicti Venerabilis.*

Ex libro primo Epiſtolarum.

Scientiæ plus æquo addictis. 9. Quemdam à vano literarum ſtudio dehortatur.

Nouitiis. 20. Nouitium inſtruit ad vitæ monaſticæ perfectionem.

Superioribus. 24. & libro ſecundo, 2. & 6. De cura & prouincia paſtorali.

Libro 2.

Monachis oppreſſis 11. De Monachorum oppreſſione.

Iiſdē in obitu alicuius fratris. 12. 39. & libro quarto, 42. Suos conſolatur Monachos de obitu fratrum.

Cellerariis. 17. Conſolatur ſuos de morte ſuæ matris; *eiuſque virtutes, ante, & poſtquam religioſam vitam profeſſa eſt, præclarè deſcribit; potiſsimùm verò quòd perfectè geſſerit ſeſe in obeundo Cellerariæ officio.*

Monachis. 22. De vitæ ſolitariæ commodis.

Nouitiis. 41. Nobilem iuuenem, qui, ſpreto mundo, Religioni ſe deuouerat, collaudat; & ad perſeuerantiam excitat.

Tepidis Monachis. 50. Ad quemdam, qui à priſtino feruore tepuerat.

Libro 3.

Diuinæ ſciētiæ ſtudioſis. 7. Ad Gregorium, De ſtudio Chriſtianæ, ac diuinæ Philoſophiæ: *ſub finem dubiis nonnullis circa B. Virginem, reſpondet.*

Libro 4.

Monachis curioſè, & temerè de aliis iudicantibus. 17. & libro ſexto epiſt. 4. De diſſidiis Ciſtercienſes inter & Cluniacenſes modeſta admodum, & ſpirans pacem epiſtola.

Nouitiis. 21. Laudat ſororem ſuam, quòd vitam monaſticam fuerit amplexa.

Libro 6.

Eiſdem. 13. Suos commonet, vt in vita ſpirituali proficiant.

Monachis intemperantib. 15. Monachis eſum carnium contra Ordinis ſtatuta improperat.

Nouitiis. 39. Duas neptes ſuas ad ſpiritualis vitæ profectum hortatur.

Superioribus 46. Quid manſuetudinis Prælati in condonandis culpis, & arguendis ſubditis, adhibere debeant.

Monachis. Libri duo miraculorum.

Statuta Congregationis Cluniacenſis, tam eiuſdem Petri Venerabilis, quàm Hugonis quinti, Henrici primi, & Ioannis tertij Abbatum Cluniacenſium. *In Bibliotheca Patrum editionis Colonienſis, atque in Bibliotheca Cluniacenſi.*

Anno 1130. ## *Philippi Abbatis Bonæ ſpei, Ordinis Præmonſtratenſis.*

Ex Epiſtolis.

4. Omne literarum ſtudium, ad ſpiritualem profectum eſſe referendum.

Monachis. 8. Non debere Religioſum aliis religioſis ordinibus detrahere.

Superioribus. 13. De virtutibus Prælatorum.

14. De multiplici martyrio.

18. & 20. Eccleſiaſticis viris ſtudia literarum perneceſſaria. De dignitate, electione, ſcientia, iuſtitia, continentia, obedientia, & ſilentio Clericorum.

Eod. anno. ## *Guigonis quinti, Carthuſiæ Prioris.*

Meditationes piæ, ſeu, De virtutum praxi monita aſcetica. *In Biblioth. Patrum editionis vtriuſque.*

Eod. anno. ## *Drogonis Cardinalis.*

Sermo pius, & moralis de paſſione Domini. *In eadem Bibliotheca.*

Eod. anno. ## *Hugonis de S. Victore.*

Tomo 2.

Expoſitio in Regulam S. Auguſtini.

Nouitiis. De inſtitutione Nouitiorum.

Monachis. De clauſtro animæ: *vbi de abuſionibus clauſtri: opus ſanè Monachis omnibus cùm ſuperioribus, tùm inferioribus vtiliſſimum. Notandum tamen eſt id operis perperam tribui Hugoni Victorino; ſiquidem Hugonem Folietum, Monachum Prioratus ſancti Laurentij propè Corbeïam, (à qua & dependet) auctorem prædicant antiqui codices manuſcripti.*

De anima, ſeu de animæ ad Dei cognitionem, & veram pietatem inſtitutione.

Superioribus. De animæ medicina ſpirituali cum corporali comparata.

De arrha animæ.

De laude caritatis.

De modo orandi.

De amore ſponſi ad ſponſam.

De fructu carnis & ſpiritus: *vbi de virtutibus, & vitiis.*

Nouitiis. { De vanitate mundi.
De meditando, ſeu artificio meditandi.

Eruditis. De arcæ myſticæ deſcriptione liber vnus.
De arca morali, ſeu de arcæ Noë myſticâ & morali explicatione libri quatuor.

Tomo 3.

Scholaſticis. Eruditionis didaſcalicæ liber tertius, quartus, 5. 6. 7.
Miſcellaneorum libri quatuor.

Monachis. De Officiis Eccleſiaſticis liber ſecundus.
Horarum canonicarum diuini officij, & Miſſæ explicatio.
Eruditionum Theologiæ libri ſecundi pars tertia, De Eccleſiaſticis ordinibus. 14. De confeſſione, & remiſſione peccatorum. 16. De morte, & fine hominis.

Anno 1130.

Richardi à S. Victore.

De exterminatione mali, & promotione boni.

Superioribus. De interioris hominis eruditione.
De præparatione animi ad contemplationem. De contemplatione, De contemplationis gratia.

Contemplationi deditis. De meditatione nouiſſimorum libellus.

Iiſdem. De gradibus caritatis.

Concionatoribus. Myſticæ, & piæ narrationes in Pſalmos aliquot.

Seculo 12.

Simeonis Iunioris, cognomento Theologi.

Orationes, præſertim ſeptima, De labore ſpirituali, & perfecta mundi abdicatione. 8. De ſuperbia, & humilitate. 11. De cura morborum ſpiritualium. 13. De multiplicibus diaboli inſidiis. 15. De oratione, & lectione. 16. De neceſſitate tribulationum. 17. De vero Monacho. 23. De abnegatione propriæ volũtatis. 24. *De officio Paſtoris. 25. De iis qui mundo renuntiantes, ad ſolitudinem tranſeunt. 26. De pœnitentia, & vita ſolitaria. 31. De reſiſtentia tentationum.

Monachis.

*Superiorib.

Doctioribus, & diuinæ theoriæ incũbentibus. / Monachis.

Liber de diuino amore, & cæleſtibus illuſtrationibus: *In quo potiſſimùm de ſtatu, & conditione perfecti Monachi agitur.*
Eiuſdem 228. capita moralia, ſeu documenta aſcetica ad Monachos. *Authoris illius docta quidem ſunt opuſcula, ſed cautus debet eſſe lector, in errores nè impingat. In Biblioth. Patrum editionis Colonienſis.*

Monachis.

Baſilij Monachi.

Aſceticæ vitæ deſcriptio. *In Bibliotheca Patrum edit. vtriuſq.*

Ioannis Carpathiorum Epiſcopi.

Documenta aſcetica ad Monachos.

Theodori Edeſſeni.

Capita aſcetica ad Monachos.

Authoris vitæ S. Syncleticæ.

Quidnam Aſceſis.

Eliæ Presbyteri.

Florigerium aſceticorum.

Petri Abbatis.

Florigerium ex dictis Anachoretarum.

Eod. ſeculo. *Leonis Imperatoris.*

Canticum compunctionis, ſeu meditatio extremi iudicij.

Eod. ſeculo. *Simeonis Theſſalonicenſis.*

De ſacro templo myſticè explicato. *Hi nouem authores habentur in Bibliotheca Patrum editionis vtriuſque, & ſeorſim ex editione Pontani.*

Floruit anno 1152. *Pothonis Prumienſis.*

De domo Dei libri quinque. *In eadem Bibliotheca.*

An. 1170. *Nicolai Clareuallenſis, Secretarij S. Bernardi.*

Ex Epiſtolis.

Nouitiis. 17. 19. 31. 32. 33. 35. 37. 38. Hortatoriæ ſunt ad Religionis ingreſſum.

An. 1177. *Arnoldi Carnotenſis, Abbatis Bonæ Vallis.*

Tractatus de ſeptem verbis Domini.

Eod. anno. *Petri Bleſenſis.*

Epiſtolæ fermè omnes ſummâ pietate, & eruditione refertæ: maximè ſequentes.

3. De paupertate Christiana, humilitate, &c.

Superioribus. 5. Ad Richardum Cantuariæ Epiſcopum, qui ſecularibus commodis nimiùm inuigilabat.

Scholaſticis. 9. De ſtudio literarum, & otij malo.

Nouitiis. 11. Clericum ad Religionis ingreſſum hortatur.

Afflictis. 12. Afflictum nepotem ſolatur.

Concionatoribus. 13. De ſubjectiòne contra quemdam nouitium prædicandi poteſtatem affectantem.

14. Contra Clericos aulicos.

Superioribus { 15. & 16. De virtutibus, & vitiis Prælatorum.
19. De neceſſitate hoſpitalitatis inter Monachos.

Afflictis. 31. De vtilitate aduerſitatum.

35. 36. Monialem nobiliſſimam hortatur.

Superioribus. 42. De vitiis Prælati.

50. Ad caritatem hortatoria.

Nouitiis. { 55. Hortatur Adelitiam, vt ſeculo renunciet.
57. De tentationibus Monachorum.

Scholaſticis. 76. Relictis vanis, Theologiæ, & curæ ſalutis eſſe incumbendum.

Monachis. 78. Ad concordiam, & diuini officij celebrationem excitat.

80. De ferendis calumniatoribus.

85. De ſobrietate.

86. Carthuſianum admonet, nè Ordinem deſerat; & de laude Religionis.

Superioribus. 88. 90. 92. 100. 102.

97. Diuerſorum Ordinum encomium.

Afflictis. 106. De calamitatibus à Deo immiſſis.

Monachis. 107. Contra Monachum aulicum.

111. Lectionem ſanctæ Scripturæ à tentationibus liberare.

Sacerdotibus. 123. Neminem cogendum ad ſacerdotium; & de eius excellentia.

Sacræ Scripturæ ſtudioſis. 125. De vtilitate diuinarum literarum.

Monachis. 131. Contra Monachum, neglecto ſtudio SS. literarum, gratiam Principum ambientem.

Superioribus. 132. 134. Præclariſſima Prælatis, Benedictinis præſertim, documenta.

Nouitiis. 137. Ad Nouitium Monachum.

Sacerdotibus. 139. De ſacerdotio.

Sacræ Scripturæ ſtudioſis. 140. Ad ſtudium ſacrarum literarum hortatur.

142. Conſolatur Monachos vehementer afflictos.

Superiorib. 157. De cura paſtorali.

Monachis. Sermones duo ad Monachos, & ad Moniales vnicus.

Superiorib. Tractatus de inſtitutione Epiſcopi.

De amicitia Christiana.

De caritate Dei, & proximi. *In Bibliotheca Patrum editionis Colonienſ. & ſeorſim.*

Anno 1180.

Petri Cellenſis.

Ex libro primo Epiſtolarum.

Superiorib. 8. 21.

Ex libro 2.

Epiſt. 1. 2. 7. 8. 9. De virtutibus.

10. De excellentia diuini cultus.

Superiorib. 12.

Monachis. 14. 15. Contra rebelles Monachos.

Libro 3.

Iiſdem. 1. 2. 3. 4. Ad Carthuſianos pulcherrima, & Monachis omnibus ſaluberrima documenta.

Sacerdotib. 10. Sacerdoti duo potiſſimùm vitia, ſcilicet ebrietatem, & luxuriam fugienda.

Libro 4.

8. Conſolatoria.

10. Ad bonam frugem exhortatoria.

12. De ſolitudinis excellentia.

13. In prauos Monachos.

Libro 5.

Epiſtola 4. De vtilitate aduerſitatis.

8. Cauendum in proſperitate.

11. Ad Monachos exhortatoria.

Superiorib. 12.

13. Exhortatoria.

Libro 6.

23. De laude B. Virginis altercationes.

Libro 7.

14. Lamentatio de Ordinis Benedictini excidio.

Libro 9.

5. Ad paſſionem Domini recolendam hortatoria.

Expoſitio moralis Moſaici tabernaculi.

De conſcientia, ad Algerum Monachum. *In Biblioth. Patrum editionis vtriuſque.*

Anno 1200. *Ælredi Rieuallenſis.*

Speculum caritatis.
De amicitia ſpirituali, dialogi tres.
De IESV duodenni inuento in templo, homilia deuota. *In eadem Bibliotheca.*

Anno 1220. *S. Franciſci Aſſiſiatis, Minorum Inſtitutoris.*

Sacra exhortatio ad fratres.
Sacerdotib. Epiſtola ad ſacerdotes ſui Ordinis.
Teſtamentum eiuſdem. *In eadem Bibliotheca. Extant & ſeparatim opera omnia S. Franciſci.*

Anno circiter 1230. *Dauidis de Auguſta Vvindelicorum.*

Formula Nouitiorum, De interioris, & exterioris hominis reformatione.
De ſeptem proceſſibus Religioſi. *In Bibliotheca Patrum Colonienſi.*

Eod. anno. *Ioannis Geſſen, Abbatis Vercellenſis, Ordinis S. Benedicti.*

Libri quatuor de imitatione Chriſti, *falsò Thomæ à Kempis aſcripti.*

An. 1240. *Guillelmi Pariſienſis.*

Rhetorica diuina de oratione: vbi quæ ad orationem pertinent fusè deſcribit author.
Philoſophis moralibus, & Theologis. Summa virtutum. Item ſumma vitiorum, & de remediis tentationum.
Liber de pœnitentia, & eius partibus.
De clauſtro animæ, breue opuſculum.
Nouitiis. De profeſſione Nouitiorum.

Eod. anno. *S. Edmundi Cantuarienſis.*

Speculum Eccleſiæ. *In Bibliotheca Patrum edit. vtriuſque.*

An. 1245. *Humberti quinti Generalis Prædicatorum.*

Monachis. { Eruditio Religioſorum, ſiue inſtitutio vitæ ſpiritualis.
De ſeptem gradibus contemplationis.
De votis eſſentialibus Religioſorum. }

Vin-

Anno 1250. *Vincentij Beluacenſis.*

Speculum morale: *In quo de paſſionibus, de legibus, de virtutibus, & vitiis vberiùs ediſſeris.*

An. 1265. *Roberti de Sorbona.*

Tractatus de conſcientia. *In vtraque Patrum Bibliotheca.*

Eod. anno. *Alberti Magni.*

Paradiſus animæ, ſeu de virtutibus.

Eod. anno. *S. Thomæ Aquinatis.*

Ex Opuſculis.

Opuſculum 7.
Expoſitio Orationis Dominicæ.
17. Contra retrahentes ab ingreſſu Religionis.
18. De perfectione vitæ ſpiritualis, ſeu de amore Dei, & proximi; & de diuerſo ſtatu perfectionis.
19. Contra impugnantes religioſum ſtatum.
Superiorib. 20. De regimine Principum.
Dubia S Thomæ opuſcula. { 61. De dilectione Dei, & proximi.
62. De diuinis moribus.
64. De modo confitendi.
71. De virtutibus, & vitiis. }

Eod. anno. *S. Bonauenturæ.*

Ex Opuſculis.

Nouitiorum magiſtris. De reductione artium ad Theologiam, vbi quomodo mens ad Deum eleuanda ſit, oſtenditur.
Doctis. { Breuiloquium, vbi doctè, ac piè in compendium vniuerſa Theologia contrahitur.
Centiloquium, Theologicus, & pius tractatus. }
Pharetra. Ex meris, & diuerſis SS. Patrum authoritatibus elegans tractatus.
Superiorib. Lib. 1. capita 11. & 12. ſuperioribus neceſſaria.
De ſeptem donis Spiritus ſancti.
De reſurrectione à peccato.
De triplici ternario peccatorum.
Diæta ſalutis, ſeu ad vitam ſpiritualem neceſſaria.
Meditationes vitæ Chriſti.

Lignum vitæ, ſiue meditationes de paſſione Chriſti.
De puero IESV, ſeu de quinque feſtiuitatibus eius, de conceptione, &c.
Speculum B. Virginis.
Viginti quinque memoralia; breuia, ſed optima documenta.
De regimine animæ.
De gradibus virtutum.
De pugna ſpirituali contra ſeptem vitia capitalia.
Speculum animæ: In quo nonnulla vitia, eorumque origines deſcribuntur.
Sacerdotib. Expoſitio Miſſæ.
Superiorib. De ſex alis Seraphim.
Nouitiis. Collatio breuis de contemptu ſeculi.
De gradibus contemplationis.
Faſcicularius, ſeu modus meditandi.
Myſticæ Theologiæ ſtudioſis. Itinerarium mentis in Deum: De ſeptem itineribus æternitatis.
Incendium amoris.
Amatorium ſtimuli ad Dei amorem, ex diuerſis Patrum ſententiis.
Expoſitio in Regulam S. Franciſci.
Alphabetum Religioſorum. Collationes octo.
Nouitiis. Speculum diſciplinæ ad Nouitios.
De inſtitutione Nouitiorum.
Nouiter profeſſis. De profectu Religioſorum. De perfectione vitæ.
De modo confitendi, & puritate conſcientiæ.
Myſtica Theologia.

An. 1270.

Guilberti, ſeu Guiberti Tornacenſis.

De pace, & tranquillitate animi. *In Biblioth. Patrum editionis Colon.*

An. 1303.

Barlaami Gyracenſis.

Ethica. *In Bibliotheca Patrum editionis vtriuſque.*

Incertæ ætatis.

Idiota.

Contemplationum libri quinque. Primus de diuino amore. 2. De vera patientia. 3. De conflictu carnis, & tentationibus animæ. 4. De innocentia perdita. 5. De morte.

Regulæ totam Chriſtianam vitam complectentes. *In eadem Bibliotheca.*

An. 1350.

Nicolai Cabaſilæ.

De vita in Chriſto, ſeu de vita diuina, quam per ſacramenta accipiunt fideles.

Fuiſſe authorem hunc ſchiſmaticum, & Eccleſiæ Romanæ infenſum hoſtem, ex aliis eiuſdem patet opuſculis. *In Biblioth. Patrum edit. Colon.*

Eod. temp.

Franciſci Petrarchæ.

Monachis. De otio Religioſorum.

De vita ſolitaria libri duo. *In hiis fusè de omnibus ſolitudinis commodis diſſeritur.*

Afflictis. De remediis aduerſæ fortunæ: *Vbi rationes ſubminiſtrat, queis animum ad ferendas æquanimiter quaſlibet aduerſitates, conuincere conatur.*

Colloquium primæ, ſecundæ, ac tertiæ diei: ſeu inſtar dialogi liber de contemptu mundi.

Veræ ſapientiæ ſtudioſis. De vera ſapientia contra vanam ſcientiam dialogi duo elegantiſſimi Oratorem inter & Idiotam. At ſecundus potiſſimùm non niſi doctis legendus.

An. 1390.

Gerardi Zutphanienſis.

De reformatione interiori virium animæ. In quo de mediis reparandarum animæ ſpiritualium virium diſſeritur: videlicet, de meditatione, oratione, lucta vitiorum.

De ſpiritualibus aſcenſionibus. *In Biblioth. Patrum editionis vtriuſque.*

An. 1420.

Joannis Gerſon.

Tomo 1.

Superioribus. De probatione ſpirituum.

Plus æquo ſtudiis incſibentibus. An Monachus poſſit ſubtrahere ſe à diuinis officiis ſtudiorum causâ.

De libris legendis à Religioſis.

Superiorib. De diſtinctione viſionum verarum à falſis.

Monachis. Contra proprietarios Monachos. *Sunt & in aliis tomis aſcetici tractatus permulti; præcipuè*

Tomo 2.

Regulæ morales de virtutibus, & vitiis.
De conſcientia.
De peccatis venialibus.
De remedio contra relapſum in peccata.

Tomo 3.

De Religionis perfectione, & moderamine.
De conſiliis Euangelicis.
De perfectione cordis.
De meditatione.
De puritate, directione, & illuminatione cordis.
De variis tentationibus diaboli.
Profeſſis. Contra profeſſum inobedientem.
Nouitiis. De zelo, & feruore nouitiatus.
De monte contemplationis.
De oratione, & ſex conſiderationibus in orando.

Eod. temp.

Richardi Pampolitani.

Opuſcula.
De emendatione peccatoris.
Orationis Dominicæ exegeſis.
De incendio amoris: vbi & vitam ſuam planè admirabilem obiter deſcribit.
De amoris ſummi efficacia. *In Bibliotheca Patrum editionis Colonienſis.*

An. 1438.

S. Bernardini Senenſis.

Omnia opera fermè moralia ſunt, & aſcetica: è quibus pauca indicabimus.

Tomo 1.

Ex Sermonibus.

5. De ſacro ieiunio.
16. De ſacra Religione.
21. De mala conſuetudine.
23. De peſtifera detractione.
30. De timore Dei.
49. De contemptu mundi.

Tomo 2.

Sermones quatuor, in quinquageſima, de diuina caritate.

Tomo 3.

1. De Chriſtiana modeſtia.
2. De perfecta iuſtitia.
4. & 5. De perfectione Euangelicarum beatitudinum.
13. De ſumma perfectione Euangelicæ obedientiæ.
Quadrageſimale integrum de pugna ſpirituali.
Sermones quinque de diuinis inſpirationibus.
Quadrageſimale dictum Seraphim, ſeu quadraginta nouem ſermones de amore diuino, eiuſque variis qualitatibus.

Ex Sermonibus extraordinariis.

5. De tepiditate.
22. De amore proprio.
23. De mundi amore.
Tractatus de confeſſione.
De ſpeculo peccatorum.
De contemptu mundi.
De præceptis Religioſi.
Dialogus de obedientia.

Tomo 4.

Poſt ſermonem Dominicæ quintæ poſt Epiphaniam.
Superiorib. Sermo 4. De Prælatis, & Rectoribus.
5. De oratione, & circumſtantiis eius.
8. De proſperitate iuſtorum.
9. De aduerſitate iuſtorum.
11. De diffidentia ſui-ipſius: & de humiliatione ſuperborum. 15. De taciturnitate.

An. 1440.

B. Laurentij Iuſtiniani.

Opera eius omnia pia, atque ad virtutum exercitium adhortatoria: inter quæ legendi potiſſimùm ſunt tractatus ſequentes.

Lignum vitæ, De virtutibus.
De diſciplina, & ſpirituali perfectione monaſticæ conuerſationis.
Superiorib. De caſto connubio Verbi, & animæ.
Faſciculus amoris.
Athletis Chriſti. De triumphali Chriſti agone, & de interiori conflictu.
De vita ſolitaria.
De contemptu mundi.
Superioribus. De regimine Prælatorum.

De obedientia. De humilitate. De gradibus perfectionis.
De incendio diuini amoris.

An. 1450.

Dionyſij Carthuſiani.

Opuſcula eius inſigniora vno volumine contenta, valde vtilia ſunt, & aſcetica, præcipuè ſequentia.

Ex prima claſſe.

Opuſcula, quæ ſpeciatim ad Clerum pertinent.
1. De regulis, & doctrina vitæ Chriſtianorum.
Superioribus. 2. De vita, & regimine Præſulum.
7. Contra peſtem ambitionis.
Scholaſticis. 9. De doctrina ſcholarium.

Ex 2. claſſe.

Monachis.
Opuſcula ad vitæ monaſticæ profeſſores pertinentia.
1. Exhortatorium Nouitiorum in forma dialogi.
2. De profeſſione monaſtica.
3. De reformatione clauſtralium.
4. De reformatione Monialium.
5. De vita incluſarum.
6. De via purgatiua.
7. De laude vitæ ſolitariæ.
8. De vita, & fine ſolitarij.
9. De præconio, ſeu laude Ordinis Carthuſienſis.
10. De remediis tentationum.

Ex 3. claſſe.

Superioribus.
1. De vita & regimine Principum.
5. De regimine politiæ.
7. De laude virginitatis.
9. Aduerſus auaritiam.
12. IESV, & pueri dialogus.
13. IESV, & ſenis dialogus.

Tomo primo operum minorum.

Inflammatorium diuini amoris.
Sacerdotibus. Expoſitio Miſſæ.
De ſacra communione frequentanda.
De ſacramento Euchariſtiæ ſermones.
De diſtantia perfectionis diuinæ, & humanæ.

Tomo 3.

Expoſitio in ſcalam Ioannis Climaci.
Extat & ſeorſim de quatuor nouiſſimis libellus.

An. 1460.

Thomæ de Kempis.

Nouitiis. Sermones ad Nouitios, & ad Fratres.
Soliloquium animæ.
Hortulus roſarum, & vallis liliorum.
De diſciplina clauſtralium.
Nouitiis. Dialogus Nouitiorum, & de exercitiis veri Religioſi.
De ſolitudine, & ſilentio.
Monachis. { Enchiridion Monachorum. Alphabetum eorumdem.
De vita boni Monachi, & mortificatione ſui-ipſius.
Libri 4. de imitatione Chriſti: *quæ perperã Thomæ tribuuntur.*

Seculo 15.

Ioannis Antonij Campani.

Liber de gerendo magiſtratu. *In Bibliotheca Patrum editionis Colon. Hic author inter alia opuſcula integro volumine olim edita, habet libros tres de ingratitudine, & epiſtolam ad Cardinalem in obitu fratris conſolatoriam.*

An. 1500.

Ioannis Trithemij.

Opera ſpiritualia, nimirum,
Superioribus. Commentarij in Regulam S. P. Benedicti. Commentarius in caput 2. ſuperioribus eſt vtiliſſimus.
Homiliæ aſceticæ de iis quæ ad monaſticæ vitæ perfectionem pertinent, ſeu de virtutibus Monachorum.
Sermones aſcetici ſeptem ad Monachos eiuſdẽ argumenti.
Tractatus diuerſi, de regione clauſtralium.
Exercitia Monachorum.
De tentationibus Religioſorum.
De ruina Benedictini Ordinis.
Homiliæ in conuentu habitæ de variis rebus ad Monachos ſpectantibus.
Reliqui ſequentes, qui inibi extant tractatus, ſedulò ſunt etiam reuoluendi.

Ex Epiſtolis.

Sacerdotibus. 1. Ad nouum Preſbyterum.
Nouitiis. 2. Ad adoleſcentem è nouitiatu ad ſeculum reuerſum.
Monachis. 3. Inſtructio Monialium.
Sacerdotib. { 4. De conuerſatione, & vita ſacerdotali.
9. Ad Preſbyterum.
Monachis. 7. & 8. Hortatur Monachum lapſum, vt ad bonam frugem redeat.

10. & 14. De contemptu ſeculi, & eminentia Religionis.

Sacræ Scripturæ ſtudioſis. 19. De ſtudio ſanctæ Scripturæ.

Concionatoribus. 21. Inſtruit Concionatorem, notatque libros, quorum lectio ſit eiſdem profutura.

Monachis. 22. De amicitia Monachorum.

30. Fratres ad patientiam hortatur.

23. De timore ſeruili, & pœnis inferni.

An. 1540.

Ludouici Bloſij Lætienſis.

In operibus illius (licet omnia ſint moralia) maximè opuſcula ſunt legenda.

In Paradiſo animæ, Canon vitæ ſpiritualis.

Pſychagogia, vbi de ſummo bono, &c.

In ſacello animæ fidelis, Tabella vitæ ſpiritualis.

Inſtitutio vitæ ſpiritualis.

Breuis regula Nouitij.

Scrupuloſis. Conſolatio puſillanimium.

Margaritum ſpirituale, vbi præſertim de vita, & paſſione Chriſti.

In conclaui ſpiritali, ſpeculum ſpiritale.

Magiſtris Nouitiorum. Monile ſpirituale.

Monachis. Speculum Monachorũ ſub nomine ficto Dacriani Abbatis.

De præparatione ad felicem mortem.

Nouitiis, & aliis qui exercitiis ſpiritualibus ſe dedunt. Meditationes de peccatis, de iudicio, de pœnis inferni, de Chriſti imitatione.

An. 1541.

Maphei Vegij.

Superioribus, & puerorum magiſtris. De educatione puerorum, & claris moribus, libri tres.

De perſeuerantia Religionis, libri ſex.

De quatuor nouiſſimis.

Philaletes, ſeu veritas inuiſa, & exulans, dialogus inter veritatem, & veritatis amatorem. *In Bibliotheca Patrum editionis Colonienſis.*

Incertæ ætatis.

Eutropij Abbatis.

Opuſculum de vitiis. *In Biblioth. Patrum. edit. vtriuſque.*

Incertæ itidem ætatis.

Porcarij Abbatis.

Documentum breue aſceticum. *In eadem Bibliotheca.*

AVTHORES INDICVLI.

Litera b, denotat Authorem Benedictinum.

b. *S. ADelmus, vel Athelmus.* 28

b. *Ælredus Rieuallenſis.*

Agapetus Diaconus. 23

Albertus Magnus. 49

b. *B. Alcuinus.* 29

S. Ambroſius Mediolanenſis. 8

Amphilochius. 10

b. *S. Anſelmus Cantuarienſis.* 33

Antiochus Monachus Laura Sabæ. 26

Antoninus Conſtantinienſis. 20

S. Antonius Abbas. 4

Antonius Meliſſa. 29

Ardo. v. Smaragd.

b. *Arnoldus Bonæuallis.* 45

S. Athanaſius. 4

S. Auguſtinus. 15

Bachiarius. 19

Barlaamus Gyracenſis. 50

Baſilius Imperator. 32

S. Baſilius Magnus. 6

Baſilius Monachus. 45

S. Baſilius Seleucienſis. 22

b. *S. Beda.* 28

S. P. Benedictus. 24

Benedictus Abbas Anianæ. 30

S. Bernardinus Senenſis. 52

b. *S. Bernardus Clareuallenſis.* 39

b. *Bloſius Abbas Lætienſis.* 56

Boëtius. vide Seuerinus Boëtius.

S. Bonauentura. 49

b. *S. Bonifacius Moguntinus.* 29.

S. Bruno, Carthuſianorũ Inſtitutor. 37

S. Cæſarius Arelatenſis. 23

Caſſianus. vide Ioannes Caſſian.

b. *Caſſiodorus.* 24

S. Chromatius Aquileïenſis. 11

S. Chryſoſtomus. vide Ioannes.

S. Clemens Alexandrinus. 2

Climacus. vide Ioannes.

H

S. Cyprianus. 3

S. Cyrillus Hieroſolymitanus. 5

b. *Dacrianus, ſola eſt Bloſij nominis vmbra.*

b. *S. Damaſcenus. vide Ioannes.*

Dauid de Auguſta Vindelicorum, paulò poſt S. Franciſcum Aſſiſiatem..

Diadochus, Epiſcopus Photices. 11

S. Dionyſius Areopagita. 1

Dionyſius Carthuſianus. 54

S. Dorotheus.. 24

b. *Drogo Epiſcopus, & Cardinalis.* 43

b. *Durandus Abbas Troarnenſis.* 35

b. *S. Edmundus Cantuarienſis.* 48

Elias Presbyter. 45

b. *S. Eligius Nouiomenſis.* 27

S. Ephrem Syrus. 5

B. Eſaïas Abbas. 27

Euagrius Ponticus. 10

S. Eucherius Lugdunenſis. 20

b. *S. Eulogius Martyr.* 31

Euſebius Emiſſenus Gallus. 19

Eutropius Abbas. 56

Fauſtus Regienſis. 22

Ferrandus Diaconus. 23

S. Franciſcus Aſſiſias. 48

b. *Franco Abbas Affliginienſis.* 38

S. Fulgentius Ruſpenſis. 23

Gerardus Zutphanienſis. 51

Gerſon. vide Ioan. Gerſon.

b. *Gerſen. v. Ioan. Gerſen.*

Gilbertus, vel Guibertus Tornacenſis

Gildas Sapiens. 22

b. *Gofridus Vindocinenſis.* 37

b. *S. Gregorius Magnus.* 25

S. Gregorius Nazianz. 7

S. Gregorius Nyſſenus. 9

b. *S. Gregorius Turonenſis.* 25

Guigo Carthuſiæ 5. Prior.

b. *Guilielmus Abbas S. Theodorici.* 41

Guiliemus Pariſienſis. 48

Guilbertus Tornacenſis. 50

Halitgarius Cameracenſis. 31

Heſychius Epiſcopus Hieroſolymitanus. 26

S. Hieronymus. 10

b. *Hildebert. Cœnomanenſis, ſiue Turonenſis.* 36

b. *Hincmarus Remenſis.* 31

Hugo de ſancto Victore. 43

Humbertus quintus Generalis Prædicatorum. 48

Idiota. 50
S. Ignatius Martyr. 1
Ioannes Antonius Campanus. 55
Io. Carpathius. 28
Io. Caſſianus. 20
Io. Climacus. 24
S. Chryſoſtomus. 11
b. *S. Io. Damaſcenus.* 29
Io. Gerſon, Cancellarius Pariſienſis. 51
b. *Io. Gerſen, Abbas Vercellenſis.* 48
Io. Hieroſolymitanus Epiſcopus. 11
Io. Moſcus. 27
Io. Trithemius. 55
Iſaac Syrus, Presbyter Antiochenus. 21
Iſidorus Hiſpalenſis. 27
Iſidorus Peluſiota. 20
S. Iulianus Toletanus. 28
Iuo Carnotenſis. 37
S. Iuſtinus Martyr. 1
Lactantius Firmianus. 4
b. *B. Lanfrancus.* 34
B. Laurentius Iuſtinianus. 53
Laurentius Nouarienſis. 23
Leo Imperator. 45
S. Leo Magnus. 21
Ludouicus Bloſius. 56
S. Macarius Senior. 4
Mapheus Vegius. 56
Marcus Eremita. 32
S. Martinus Dumienſis. 24
S. Maximus Marty. 28
Maximus Monachus. 25
Nicolaus Cabaſilas. 51
Nicolaus Clareuallenſis. 45
S. Nilus. 21
b. *S. Odo Cluniacenſis.* 32
S. Orſieſis. 4
Origenes. 2
S. Pachomius Abbas. 4
S. Pacianus Barcinoſenſis. 5
Palladius Galata. 11
b. *Paſchaſius Radbertus.* 31
Pelagius S. R. E. Diaconus. 25
Petrarcha. 51
Petrus Abbas. 45
Petrus Bleſenſis. 45
b. *Petrus Cellenſis.* 47
S. Petrus Chryſologus. 21
b. *S. Petrus Damiani.* 32
b. *Petrus Venerabilis.*
Philippus Abbas Bonæ Spei, Ordinis Præmonſtratenſis. 43
Philippus Solitarius. 38
Philo Iudæus. 1
S. Polycarpus. 1
Porcarius Abbas. 56
Potho Drumienſis. 45

S. Proſper Aquitanus. 22
b. *Rabanus Maurus.* 31
Richardus de S. Victore. 44
Richardus Pampolitanus. 52
Robertus Sorbona. 49
b. *Rupertus Tuitienſis.* 38
Saluianus Maſſilienſis. 22
Seuerinus Boëtius. 23
Seuerus Sulpitius. 19
Simeon Iunior, cognomento Theologus. 44
Simeon Stylita. 22
Simeon Theſſalonicenſis. 45
b. *S. Smaragdus, Monachus Presbyter.* 30
Teridius, ſeu Tetradius. 23
Tertullianus. 2
Thalaſſius Afer, dictus humilis Monachus. 27
Theophilus Antiochenus. 2
Theodoretus. 19
Theodorus Edeſſenus. 12
S. Theodorus Studites. 30
S. Thomas Aquinas. 49
Thomas de Kempis. 55
b. *Trithemius Abbas.* 55
Valerianus Cencelienſis. 22
Vincentius Bellouacenſis. 49
Yſichius. v. Heſychius.
S. Zeno, Veronenſis Epiſcopus, & Martyr. 4

PRÆCIPVARVM MATERIARVM
Indiculi ſynopſis, & peritia.

Ægrotis.

VIde Afflictis, Tentatis, & S. Baſilij epiſt. 50, 60, pag 6
S. Ambroſij lib. 4. epiſt. 1. pag. 9
B. Lanfran. epiſt. 47. pag. 35
Quæ de Prouidentia indicantur, poſſunt reuolui.

Afflictis.

Tertullianus de laude martyrij, pag. 2
S. Cypriani epiſt. 69. p. 3
S. Baſilij epiſt. 79, & 189. p. 6
S. Gregor. Nazian. orat. 15, & 17. p. 7
Epiſt. 81. ibidem.
Carmen, pag. 8.
S. Hieronymi epiſt. 34. p. 10
Idem ad Oceanum, p. 11
S. Ioan. Chryſoſt. homil. 4. p. 12
De prouidentia, ibid.
Epiſtolæ diuerſæ, ibid.
De conſtantia, p. 13
Homilia 1. p. 14. ſub. finem.
De gloria, &c. p. 15
Homil. 26. ibid.
Homil. 8. & 15. ibid.
De patientia, ibid.
S. Auguſtin. epiſt. 122. p. 16
De tempore, &c. p. 17
De verbis, &c. ibid.
Antonij Conſt. epiſtola, p. 20
S. Gregorij epiſt 51. p. 26
Item lib. 6. epiſt. 27. ibid.
Item lib. 7. epiſt. 3. ibid.
S. Bonifacij epiſt. 2. p. 29
S. Eulogij documentum, p. 31
S. Petri Damiani lib. 7. epiſt. 6. 8. p. 33.
Lib. 8. epiſt. 6. ibid.
S. Anſelmi lib. 1. epiſt. 44, 54. p 36
Item lib. 2. epiſt. 43. ibid.
Lib. 3. epiſt. 7. 61. 101. &c. ibid.
Gofridi Vind. lib. 4. epiſt 27. p. 38
Petri Venerab. lib. 2. ep. 17. p. 42
Simeonis oratio, 16. p. 44
Petri Bleſenſ. ep. 12. 80. 106. p. 46
Petri Cellenſ. lib. 4. ep. 8. p. 47
Lib. 5. ep. 4. 8. ibid.
Petrarcha De remediis aduerſæ fortunæ, p. 51
S. Bernardin. to. 4. ſermo. 8. 9. p. 53
Poſſunt etiam legi quæ de prouidentia notantur.

De Amicitia.

Vide Caritas.

De Amore ſui-ipſius.

S. Auguſtin. ex 50. homil. 37. p. 18
Simeonis oratio 23. p. 44
S. Bernardini ſermo 22. p. 53
Poſſunt legi quæ de ſuperbis.

